



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Treni habent capita V. & continentur in eis lamentationes Hieremiæ super
ciuitatem Hierusalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

R.
gran-
de re-
mpo-
, & fa-
eri po

ueba-
ad me

m, ga

eremi-
nus

ma-

meo.

Quia
uius
a vas
on est

Cum
heret
ne ait
eot

il. &
c.

EPITO. EX HIEREM.

(Senum horum verborum diligenter inquire in textu
& glossis quia expedit contra Iudeos.) Aperuit domi-
nus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ. Ecce
ego ad te o superbe ait dominus exercituum, q[uod]a veniet
dies tuus, & tempus visitationis tuæ, & cadet superbus
& corruet, & non erit qui suscitet eum.

¶ Cap. 51.

Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus qui corrumpis
vniuersam terram. Cur auimus Babylonem & nō
est sanata, derelinquamus eam.

¶ Treni habent capita V. & conti-
nentur in eis lamentationes Hiero-
miæ super ciuitatem Hierusalem.

Caput. I.

Pecatum peccauit Hierusalem, propterea instabi-
lis facta est. O vos omnes qui transitis per viam
attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.
De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit
me. Torcular calcauit dñs virginis filiæ Iuda. Vide
domine q[m] tribulor, turbatus est veter meus. Sub
versum est cor meum in me. Cap. 2.

¶ Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem,
& non des requiem tibi, neq[ue] taceat pupilla oculi tui.
Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, &
effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domi-
ni dei tui. Leua ad eum manus tuas. &c.

¶ Cap. 3.

Ego vir videns paupertatem meā, in virga indignatio-
nis ei⁹. Factus sum in derisum oī populo, canticū corū
sota die. Memoria memor ero, & tabescet in me aia
mea. Hæc recolens in corde meo, in deo sperabo. Mi-
sericordiæ domini quod non surpus consumpti, quia
non defecerunt miserationes eius. Noui diluculo, mul-
ta est fides tua. Pars mea dñs dixit aia mea, propterea
expectabo eum. Bonus est dominus sperantibus in eū,
animæ querenti illam. Bonum est p[re]stolari cum si-

b 5

D. DIONY. A RICK. CAR.
lentio salutare dei. Bonum est viro cum portauerit iu-
gum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit
quia leuabit se super se. Ponet in puluere os suum, si
forte sit spes. Dabit percucienti se maxillam, satu-
rabitur obprobris. Quia non repellit in sempiternū
dominus, quia & si abiicit, miserebitur secundum mul-
titudinem misericordiarū suarum. Quis est iste qui di-
xit ut fieret, domino non iubente? Scrutemur vias
nostras, & queramus & reuertamur ad dominum.
Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in-
los. Nos inique egimus, & te ad iracundiam prouoca-
vimus, ideo tu inexorabilis es. Opposuisti nube-
tibi, ne transeat oratio. Oculus meus depredatus est a-
nimam meam. &c. Inundauerunt aquæ sup caput me-
um. Ne auertas aurē tuā a singultu meo. Cap. 4.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color op-
timus. Qui nutriebantur in crocenis, amplexati sunt
stercora. Manus mulierum misericordium, coixerunt
filios suos. Facti sunt cibus earum. Spiritus oris
nostrī Christus dominus, captus est in peccatis nostris
cui diximus in umbra tua viuemus in gentibus.

¶ Ex oratione Hieremias. Recordare domine quid ac-
ciderit nobis, intuere & respice obprobrium nostrum.
Defecit gaudium cordis nostri, versus est in lugitu cho-
rus noster. Vnde nobis quia peccauimus. Propterea
moeustum factum est cor nostrum, ideo cōtenebrati sunt
oculi nostri. Quare ergo in perpetuū obliuisceris no-
stri, derelinquis nos in longitudine dierū? Cōuerte nos
dñe ad te & cōuertemur, inouades n̄os sicut a principio

¶ Baruch (qui licet non sit in cano-
ne) habet capita. VI. Et agitur in eo
de verbis quæ legit captiuis in Babi-
lone, de prænunciatione reditus po-
puli Israel, & eorum quæ futurae-
runt temporibus ultimis.

¶ Caput. I.